



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

30. Octobris. Divina liberalitas de suo abunde supplet lucrum, quod videt
suâ causâ contemni. S. Ignat. l. 3. n. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

tionibus subdita, temper est in motu, semper cum fluctibus luctatur.

Gaudium in nobis nascitur; fortuna dona, naturæ necessitas, extra potestatem nostram sunt; inde nec dolendi, nec gaudendi sumi potest constantia. Imperturbata quies ex animi compositione sumenda est.

30. Octobris.

*Divina liberalitas de suo abunde supplet
lucrum, quod videt suâ causâ contemni,
S. Ignat. l. 3. n. 7.*

Aliud est videri divitem, aliud esse; non crumenâ, sed animo metienda sunt divitiæ; veram opulentiam non opinio facit, sed conscientia, non alienum iudicium, sed proprium. Dives est, qui satis habet.

Qui plures filias maritandas numerat, licet amplissimos census habeat, pauperem se putat; quomodo dives erit, qui infinitas alit cupiditates, quarum vel uni non sufficit orbs.

Non est pauper, qui caret, sed qui eget; nec omnis eget, qui caret, sed qui desiderat. Si desideriiis fræna laxas, quantumcunque

cunque opum affluat, pauper eris ; si eas
dem stringas , quidquid defuerit , satis
habebis.

Nec abbreviata, nec exhausta est manus
Domini , non necessaria tantum hactenus
suis suffecit, sed usque ad delicias, etiam in
deserto, pavit.

31. Octobris.

*Modò non desit vobis humilitas , non desit
mansuetudo , non deerit utique Deo be-
nignitas ad vos adjuvandos. S. Ignat.
Epist. ad Hispan.*

Malitia nunquam superat malitiam,
bonitate vincenda est. Et licet vis
tium vitio, ut clavus clavo expugnari pos-
set, præstaret hanc virtuti dare gloriam, ut
ipsa vincat.

Quod vis non potuit, effecit mansuetu-
do ; nec ulla efficacior ad persuadendum
eloquentia, quam patientia : hæc mala, &
malos superat, expugnat contumaciam.

Quod concoctio , & digestio ciborum
ad sanitatem corporis, hoc mansuetudo ad
publicam pacem facit : utraque virtute in
sui commodum transformat incommoda.

Duplex est mansuetudinis beneficium:
mis